

Et centu
lit gra-
tias,

Cor eius patet ad nos, ut sumus eius, dum sumus : & antequam exoremus, impletas vult dare corde manus : igitur ipsius corona, quæ nobis gratia.

Apoc.
11. 19.
Cap. 13
10.

14. Præquam mulier illa insignis, uti Virginis umbra, videretur in cælo, in terris semper irrequieta commotio : igitur facta sunt fulgura, & voces, & tremotus, & grando magna. Post verò signum magnum apparuit in cælo : scilicet mulier amicta Sole, ut cohiberet præsentia fulgura cæli, ne ira merito excitatæ obviarent habitatoribus terræ. Ni virgo arceret fulgura, hominis crimine, esset cinis & non terra. Hic erat mulier, & ut assumeretur in cacumina cæli, data sunt illi due ala aquilæ magne. Coronatur ergo regina flans à dextris in vestitu deaurato, circumamicta varietate, igitur amicta Sole ; & ut rutilaret ex tanto lumine lumen, in aspice eius erat corona stellarum duodecim. In cælo videtur huiusmodi coronatio, quod quidem repletur iribilo : verum substituit animo, Cur stellis coronatur, dum Sole ornatisimè vestitur : Stellæ indigæ sunt lucis Solis, Sol autem quasi fons lucis : quare namque luce haud coronatur Aurora Solis, sed dumtaxat redimitur stellis ? Stellæ gratiæ Virginis sunt, Sol Verbum divinum, cui in nube lucida carnis dedit corpus : & Sole vestitur, sed stellis coroatur ; ut corona sit gratiarum in hominum beneficium : igitur ita diligit homines in terra degentes ; ut in corona capitis, dumtaxat æstimet pro diademate, quæ potest gratias hominibus clargiri.

Pro gla-
ria habet
quas gra-
tias con-
fert.

15. Antequam videretur coronata, paruit commodum nostrum ex eius coronatione, tamquam in umbra. Apertum est templum Dei in cælo, & visa est arca testamenti eius in templo eius. Arca fœderis Domini iurè vocatur Maria, igitur conciliavit & reconciliavit ima & summa. Prædem, quia zrea terra cordium, cælum videbatur ferreum,

Cap. 11.
19.

quasi gemitibus clausam. Templum est locus misericordiæ, quò ingredientes afflicti, egrediuntur alacres sine afflictione, commutata in verum gaudium : & dum arca Virgo-Mater in cælo aspicietur ; aperitur novum templum ! igitur dum illa tollitur in superiores sphaeras, novum aperitur templum in misericordias. Templum in cælo, ut eius assumptione gaudeat homo : siquidem illa ingrediente in cælum, iam templam & ostium novum, ut descendant dona pietatis in mundam. Virgo patet cæli ianua, quæ labuntur in homines beneficia.

16. Observa in gratias hominum templum aperiri, & arcam fœderis apparere. Arca fœderis erat apotheca gratiarum, sed non dicitur clavem habuisse, sicut nec hoc novum templum ullum ostium, Templum Salomonicum habet ostia & ostiola. Petro traditur Ecclesia, & etiam claves regni cælorum, ut referret clavis & solvat vincula ligatis. Aliter apparet Virgo, ubi gloriosa videtur in cælo : igitur sicut templum non habet ostium, quò intercluso, impediatur introitus ad implorandum auxilium ; sic non habet clavem Arca, representans Virginem, quoniam omnibus hominibus eius beneficia patent. Pro libito gemunt homines miseri, dum parent gratiæ. Ecce iam quibus potuimus votis dicam cum Bernardo Serm. 4. Assumpt. Ascendentem te ad filium deduximus, & profecti sumus saltem à longè Virgo benedicta. Sit pietatis tue, ipsam quem apud Deum gratiam invenisti, notam facere mundo. Clares ergo auxilium terræ, quæ rutilas fulgor poli, dum videtur in te sola, sola hominis exaltata natura. Torqueatur sine blandimine, sed iurè Ethnicus, dicens lib. 4. Carm. Od. 2. v. 37.

Qua nihil maius, meliusve terris
Cæli donavere, bonusque Deus:
Nec dabit, quamvis redeant in aurum
Tempora prisceum.

Tentata
est pietas,
sic.

Et ianua
ad gra-
tias.

Qua qui
den orb-
pitissime
in boni-
non af-
flictione.

Record

Horac

TAUTOLOGIA NONA.

SENVIT AUTEM ISAAC, ET CALIGAVERUNT
oculi eius, & videre non poterat.

Genes. 27. 1.

EXPOSITIO LITTERÆ

SENECTUS ipsa est morbus : dicit Chremes apud Terentium in *Phormion*. Act. 4. Scen. 1. v. 9. *Rarum est felix, idemque senex.* Seneca in *Hercul. Octavo Act.* 2. v. 643. *Plures anni plures morbi. Vivere optamus, & vixisse penitet.* Semper in terminum inus, quippe nascentes morimur, cum finis ab origine octoginta : & amplius eorum labor & dolor. *Iamque annis, malisque graves : dixit de Cadmo, & Hermione Ovidius lib. 4. Metam. Fab. 15.*

Terentia
Seneca

Senectus ipsa
est mor-
bus.

Ovid;

Aufsp;

Virgil;

Senectus
miseria.

Maxima de
fectus visus.

Oculi pluri-
mi morbis
obnoxii.

Lucret;

Diversus es
lor tantum
in oculis de
minum.
Plin.
Tiberius pau-
lisper post
fontem in
tenebris cui
hae clare vi-
debat.

Aul. Gell,

pendeat, & pervenisse trucidat. Dies annorum septuaginta anni : si autem in potentatibus, octoginta : & amplius eorum labor & dolor. *Iamque annis, malisque graves : dixit de Cadmo, & Hermione Ovidius lib. 4. Metam. Fab. 15.*

Canit Anfonius *Edyl.* 15. & *Virgilius lib. 3. Georgie. v. 66.*
Optima quæque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit : subicit morbi, tristisque senectus ;
Et labor & dura rapit inclementia mortis.

Senectutem describit *Iuvenal. Satyr. 10. à v. 190.* *Ovid. lib. 14. Metam. Fab. 1. & lib. 15. Fab. 3. Propert. lib. 2. Eleg. 25. Horat. Epist. 2. Sev. Boet. lib. 1. de Consolat. Philosoph. Metr. 1. Cornel. Gallus pluribus in locis, & alij passim. Graphicam descriptionem invenies Ecclæ. tot. cap. 12. Unde pro exordio v. 1. dicitur : *Memento Creatoris tui in diebus iuventutis tue, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas : Non mihi placent.* Inter senectutis molestias acrior est defectus luminis : igitur cum animi vigor facultatibus marcescat, acies oculorum hebetatur in ædificij humanitatis ruinam. Ita David querebatur *Psal. 37. 11. Reliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.* Pariter igitur de *Isaaco dicitur : Senuit, & caligaverunt oculi eius, & videre non poterat.* Idem etiam dicitur de *Heli 1. Reg. 3. 2. 4. 15.**

2. Plurimis infirmitatibus obnoxij sunt oculi. Plusquam triginta refert ex *Plinio Ioannis Ravil. Textor in Officin. lib. 2. cap. 51.* atque in documentum, sive cautionem deducitur, quantis subsint periculis, qui munere constituti speculatores corporis. Hinc *Lucretius lib. 4. de Rer. natur. v. 335.*

Multaque sunt oculis in eorum denique mista.
Quæ contag sua palloribus omnia pingunt.

Quod argumentum latè sequitur. In nullo animalium diversitas oculorum, sicut in homine, tam in calore, quam in luminis discrimine. *Alijs nigri, alijs atrii, alijs rufi, alijs glauci coloris orbibus circumdati, at habili mixtura, & accipiatur circumcælo candore lux, & temperato repercussu non obstrepat.* Multorum visus fulgore Solis constat, nubilo die non cernentium, nec post occasus. *Alij interdum hebetiores, noctu præter cæteros cernunt. Cæsi in tenebris clariores.* Hæc *Plinius lib. 11. cap. 37.* sed ex *Aristotele lib. 2. de Part. anim. à cap. 10. usque ad 15.* Sane mirabile quod de *Tiberio* refert idem *ibid. & Sueton. in eius vita, cap. 24. Ferunt (subdit) Tiberio Cesari, nec alijs genitorum mortalium fuisse naturam, ut expergefactus noctu paulisper, haud alio modo, quam luce clara contueretur omnia, paulatim tenebris seculo obducentibus. Ita de Albanis dicit *Aul. Gellius lib. 9. Noct. Attic. cap. 4. Plus cernunt oculi per noctem, quam inter diem.* Quod quidem proprietas est felium, & luporum.*

3. Multi, potissimè qui morbo comitiali laborant, animo caligante, apertis oculis



Qui morbo
emittit la-
brans, per
tu oculis ni-
hil videt.

lis nihil cernunt. Alij magna aliqua cogitatione, quia sanguis in quo & à quo spiritus vi-
suales, intus subducitur, in luce caligant. *Iſai. 59. 10.* Alij à fortioribus sensibilibus cor-
rumpuntur, vel pro semper (uti accidit admodò laminà ardenti, cuius calore sicantur ocu-
li) vel pro tempore, ut uluvenit intuenti Solem, vel à luce vehementiore in temperatum
adveniēti lumen: de quo Lucretius ubi suprà v. 323.

Cur nil vi-
detur post in-
tuitum Se-
lent

Lucreti

*Splendida porrò oculi fugitant, vitantque tueri:
Sòl etiam cecat, contra se cernere pergas.
Propterea quia vis magna est ipsius, & altè
Aëra per purum graviter simulachra feruntur,
Et feriunt oculos turbantia composituras.
Propterea splendor, quicumque est acer, adurit
Sape oculos, ideo quòd semina possidet ignis
Multa &c.*

*Continuò rerum simulachra adaperata sequuntur,
Qua sita sunt in luce, lacessantque ut videamus.
Quòd contra facere in tenebris è luce nequimus;
Propterea, quia posterior caliginis aër
Crasior insequitur, qui cuncta foramina complet,
Obsiditque vias oculorum, ne simulachra
Possint ullarum rerum cuncta moveri.*

Varia cau-
sa affectio-
nis cactia-
tis.

4 Alij autem vel ebrietate, mania, furore, metu gravi, seu terrore Panico perci-
ti, aut aliquo ictu, nimiove dolore perculli, quousque acies redeat in integritatem, quæ-
que cernunt, non discernunt. Cassandra de se fanatica dicit, apud Tragicum in *Agamem-
nem. Act. 3. v. 720.*

Senecæ

*Cui nunc vagor vesana? Cui basebor furens?
Iam Troia cecidit. Falsa quid Vates ago?
Ubi sum? Fugit lux alma, & obscurat genas
Nox atra, & æther abditus tenebris latet.
Sed ecce gemino Sole præfulget dies,
Geminumque duplices Argos attollit domos.*

Eadem apud Euripidem in *Bacch.* de quo egimus latè *Tautolog. antec. num. 9.*

Agitati à su-
visi.

5 Agitatorum à furijs plura sunt exempla. Vide apud Senecam in *Hercul. furent.*
Act. 4. à v. 1009. Alcideum cogitantem Megaram coniugem, esse lunonem, & clavà proci-
dentem, tamquam novercam. Eleganter lo percitant terrore describit Ovidius lib. 1.
Metam. Fab. 14. Extincto igitur à Mercurio Argo, iuno

*Protinus exarsit, nec tempora distulit ira,
Horrificamque oculis, animoque obicit Erianyem
Pellicis Argolica, stimulosque in pectore cecos
Condidit, & profugam per totam terravit orbem.*

Ovid.

Furia fita
stimuli sunt
conscientia.

6 Quod quidem Mythologicè accipientes, nihil aliud per cæcos stimulos pectoris co-
gitamus nisi conscientia stimulos, quippe animo caligante cogitatione iniquitatis, timor
pœnæ retrahit sanguinem, ita ut videntes non videant, & audientes non intelligant, cum
paveant ad sonitum folij volantis, & fugiant non perfectius, sed vim imaginatiōis.

*Quid pena præsens, conscientia mensis pavor,
Animusque culpà plenus, & semet timens
Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit.*

Senecæ

Canit Seneca in *Hippolyt. Act. 1. v. 161.* & *Iuvenal. Satyr. 13. v. 189*

Iuvenal

*Prima docens rectum sapientia: quippe minuti
Semper & infirmi est animi, exiguique voluptas
Ultio. Continuo sic collige, quòd vincta
Nemo magis gaudet, quam femina. Cur tamen hos tu
Evassisse putas, quos acri conscientia facti
Mens habet attonitos, & surdo verberare cadit
Oculum quantente animo tortore flagellum?*

Terror Cai-
ni.
Procop.

7 Ita fictum de Thyeste & alijs: de Caino asserit Procopius in 4. *Genes.* ita: Hor-
rorem Cain inieciabant caelestes pariter & infra caelum posita virtutes. Videbat enim præ-
ter fulguræ & coruscationes horrificas, Angelos igneis gladijs sibi mortem minantes. Si ocu-
los ad terram demittebat, serpentes veneno, Leones unguibus, ceterasque feras suis armis

in se irruentes, videre sibi videbatur. Pariter Rabbini dicunt Absalomum stetit in quer-
cu, quin crines rumperet, quia videbat terram barathro patulam, ut descendente vi-
vum absorberet. Vis læsa cogitationis, quæ prella est crimine, vel pœnæ timore variat ob-
iecta, sicut in ebrijs, ut non ea ipsa considerentur, sed dumtaxat cogitata. Patet etiam in
Maniacis, vel cogitabundis: de quibus vide Gallenum lib. 1. de *Differen.* Sympt. cap.
3. Cellium lib. 3. cap. 8. Nancel. in *Analog.* lib. 10. cap. 4. de *Bile atra,* & cap. 10. de
Menſtruis. Aristotel. de *Admirand. auscult.* Ælian. de *Var. histor.* lib. 4. cap. 25. & Horat.
Epist. 2. à v. 125.

8 De ictu aut oculorum compressione vidimus ex Lucretio *Tautol. præc.* loco cit.
Quod Hispanè dicitur: *Ver las estrellas;* quoniam ictu valido læditur phantasia. In alijs
iuxta qualitatem humorum videntur obiecta. Si crasius corpusculum se opponit pupillæ,
omnia perforata, seu fenestrata cernuntur. Arquatis, sive morbo regio affectis omnia appa-
rent lutea.

*Lurida præterea sunt quacumque tuentur
Arquati, quia laroris de corpore eorum
Semina multa fluunt, simulachris obvia rerum.*

Alij paleas putant serpentes, & qui tuſusione (Græc. *Hypopyſi,* vel *Hypochyma,* nimirum
humore congelato inter tunicam oculorum corneam, & crystallinam) muſcas, floccos,
& felucas volitantes in aere falso vident. Hispan. *Cataratas,* de quibus Aristoteles ubi sup.
refert hominem vitio oculorum exilimasse semper videre suam imaginem in aere. De quo-
dam audivi, stricto gladio impetè iruisse in inimicam cogitarum, cuius simulachrum fini-
xit vel læsa phantasia, vel oculorum humor, dubio lumine ex capillo ante oculos galero
pendulo. *Utrumque verò oculum, quem anteriorem & exteriorem vocare possumus* (ait Ber-
nard, *Serm. 5. de Assumpt. Virgin.*) tria ad videndum impediunt. Hunc tenebra, humor
concretus, pulvis iniectus. *Iſdem ille impeditur tenebris: hoc est, peccatis, quæ consuunt in
memoriam, quasi in quandam sentinam, & est tamquam humor concretus, & cuncta terreno-
rum actuum, quasi pulvere iniectio.*

9 Huiusmodi tuſusiones, sive cataractæ accidunt maxime senibus, vel nimio stu-
dio vexatis. Quapropter caligatiōis tam Iſaac, quam in Heli, non alia origo aut causa
nisi a senectate. Expositio erit congrua per *Prolepsim,* idest præoccupationem, sive per *Hi-
sterologiam,* quoſchemate, ut sæpe vidimus, secunda periodus explicatur per primam,
quia in prima exprimitur, vel subintelligitur causa, & in sequenti, materia. In Sacris plu-
ra sunt exempla. *Pſalm. 105. 34. 35. Non disperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis:
& commiſiſi sunt inter gentes.* Idest, quia commiſiſi sunt inter gentes, non disperdiderunt.
Ibid. v. 41. Tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum, qui oderunt eos. Hoc
est: Dominati sunt eis, qui oderunt eos, quia Dominus tradidit in eorum manibus. *Ecclie.
51. 9. Vita mea appropinquans erat in inferno deorsum; scilicet, deorsum versus infernum.*
Iob 13. 27. Poſuiſti in nervo pedem meum, & obſervasti omnes semitas meas. Idest, ob-
servasti omnes semitas meas, ideo poſuiſti in nervo pedem meum. *Apocal. 14. 4. Hi sunt
qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt.* Nimirum, virgines sunt,
quia cum mulieribus non sunt coinquinati. Plura videris in *Prolog. Galeat. §. 4. num. 12.*
Quo intelligitur illud Christi: Ad Patrem vado, & iam non videbitis me: videlicet, non
videbitis me, quia ad Patrem vado. Germanior sensus infra à num. 23. Pariformiter igitur
in auctoritate principali. *Senuit Iſaac, & caligaverunt oculi eius, & videre non po-
terat:* q. d. Videre non poterat, quia senex valde, vel quia præ senectute caligave-
rat oculi.

10 Aptior videtur expositio, si per visum intelligas perfectum visum, & discretio-
nem obiectorum, quippe in Scriptura absolute videre, ferè pro videre clarè. *Pſalm. 34.
21. Viderunt oculi nostri.* Idest, clarè, ac distinctè, sine ambiguitate vidi. *Iſai. 14. 16. Qui
te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient.* Hoc est, perfectè videbunt. Constat
perſpicuius ex *Marc. 8.* igitur postquam cæcus ille aliquid, impositione manuum Archia-
tri celestis, vidit quasi obscure, non dicitur vidisse nisi geminata manuum impositione:
quare v. 25. *Cæpit videre, & restitutus est, ita ut clarè videret omnia.* Non videre in
Sacra pagina non est absolute esse cæcum, sed obtusam habere aciem oculorum. Quo pa-
tet illud *Pſalm. 68. 24. & Rom. 11. 10. Obscurentur oculi eorum, ne* (idest, clarè) *videant.*
Etiam Zachar. 11. 17. *Oculus tenebrens* (cæcitiōis) *obscurabitur.* Favent lectiōes: Pa-
gini. *Caligando caligabit.* Tigur. *Oculus omnino hebetet:* quoniam non erat omnino cæ-
cus & tenebrosus, sed cæcitiōis, & tenebrens, quousque tempore callus esset prorsus
lumi-

Absalom.

Undè.

Iſta gra-
subtrahitur
visus.
Eius fallax
cia princi-
pia.

Lucreti

Arquatus
morbus.

Suffusio ocu-
lorum.
Quæ oculo
exteriori na-
cent etiam
interiori.
Bernard.

Prima expo-
ſitio.

Prolepsis &
Histerologia
interdum in
Scriptura.

Ioann. 16
10.

Secunda ex
positio.

Videre in
Scriptura,
pro videre
clarè.

Non videtur
non est esse
cæcum.

lumine, quod vitium semper luminum senum. Unde Senec. in *Hercul. farent.* Act. 3. v. 651:

Senec;

*Torpet acies luminum,
Hebetesque visus vix diem insuetum ferunt.*

Aeschylus & Sophocles apud Plutarch. in *qq. Coniuv.* lib. 1. q. 8.

*Haud noveris tu illum, nam caecus propè,
Cernit procul caecus propè est omnis senex*

Plautus in *Mossell.* Act. 3. Scen. 2. v. 153.

Plaut;

*Nullam pictam conspicio hic avem,
Age iam mitto, ignosco: etate non quis intuerior.*

Non quia non videbat, sed quia clarè non videbat. Ita de Isaàc & Heli, quia propter senectutem caligaverant oculi, videre non poterant perfectè, igitur vifa distinguere non poterant dubio lumine.

11 Hoc sensu percipitur proclivè illud Eccl. 12. 3. In senectutis tempore *tenebrescent videntes per foramina*: igitur, ut Nic. Nancelius ubi supr. lib. 3. cap. 1. Probl. de *Visi.* ait: *Sunt porro quibus fenestrata videntur quaecumque cernuntur.* Nonne ob id, quia radijs per vocem prorumpere volentibus, densi vapores, aut crassi humores obiecti illos distinguunt, atque separant? Haud quia oculi fenestræ vocentur animi, ut aliqui autumant, & pro quorum cogitatione plura diximus *Tautolog.* 1. in *Exposit. lit.* num. 12. 13. & *Dissect.* 8. num. 3. sed quia partim fenēs vident, partim non; igitur caligant oculi humorum gravitate: quare v. 2. præmisit: *Antequam tenebrescat Sol, & lumen, & Luna & stella.* Minimè quia luminaria hæc obscurerentur, sed quia deficientibus spiritibus opticis, usus lucis senibus interceptitur. Canit quidam apud Alapide hic v. 1. in fin.

*Senex cum extemplo est, iam nec sentit, nec sapit,
Senex vivendo multa, que non vult, videt.
Soles duos videre se putat senex.*

Quid est videre per foramina Nancel.

Tertia est positio.

Non videre, pro cæcutire

12 Quia imperfectus omninò visus, hinc senum dicitur caliginosus: etenim in caligine obiecta videntur, cæterum imperfectè. Tigur. *Oculi eius caliginosi cæcutirent.* Syr. *Gravædine opprimit.* Arab. *Debilitati sunt oculi eius.* Septuag. *Hebetes facti.* Quibus veritionibus constat non videre fumendum esse pro cæcutire. Ita Augustinus lib. 16. de *Civitate Dei*, cap. 30. inquit: *Non caecus erat, sed cæcutiebat.* Quæ imperfecta in unoquoque genere, non generis iudicantur. Succinit Claudianus lib. 2. in *Rufin.* v. 450.

*Et qui Sidonio velari credidit ostro,
Nudus patit aves, iacet en, qui possidet orbem,
Exigua telluris inops, & pulvere raro
Per partes tegitur: numquam, totiesque sepulchus.*

Quæ imperfecta in genere, generis non iudicantur. Claudian. Plaut.

Vide Franc. Pomcy in *Libitin.* cap. 1. §. 4. Euclio senex apud Plautum in *Audular.* Act. 4. Scen. 9. v. 2. præ dolore dicebat:

Tene tene, quem? quis: nescio: nihil video, caecus eo.

Quod accidit turbatis, furiosis, vel fame affectis. Unde David Psalm. 87. 10. *Oculi mei lamæ fuerunt præ inopia.* Quod Nostrates: *No vè los kultos de hambres:* quare de Ionatha præ fame deficiente, & pugna defesso, illicò ut gustavit in subsidium mel, dicitur 1. Reg. 14. 27. *Illud minati sunt oculi eius.*

13 In Scriptura, quoniam per visum maiore ac firmiore fide comprobantur obiecta (si quidem ut ait Seneca in *Oedip.* Act. 2. v. 292.)

Visu carentem magna pars veri latet.

Enallage in Scriptura.

Sensationes aliorum sensuum tribuuntur visui.

Quod singulare sensuum tribuitur visui per *Enallagen*: vel quia minus fallitur, vel quia cunctis præstantior sensus. Apoc. 1. 12. *Conversus sum, ut viderem vocem.* Exod. 20. 18. *Populus videbat voces.* 1. Mach. 1. 13. *Bonus visus est sermo in oculis eorum.* Idem, in auribus. Ioan. 20. 29. *Quia vidisti (quia palasti) me Thoma, credidisti.* Exod. 5. 21. *Fietere fecisti odorem nostrum coram Pharaone:* Hebr. *In oculis Pharaonis.* Psalm. 33. 9. *Gustate, & videte (Hebr. Sapite.) quoniam suavis est Dominus.* Qui cæcus est, apertis oculis nihil videt: qui claret visus facultate; vel clausis luminibus, per palpebras quæ pellucida, & transparentes, videt lucem adesse: qui verò cæcutit, & apertis oculis, & clara luce confusus, vel dubiè videt. Idcirco quia oculi Isaàc & Heli caligaverant, dicuntur non vidisse: haud quia non vidissent; sed quia præter erant oculis obiecta non videbant. Acceptiones lucis & tenebrarum videbimus Tom. seq. *Tautolog.* 2. & 6. ac Tom. 6. *Tautolog.* 9. ad illud Tobie, *In tenebris sedeo, & lumen cali non video.*

14 Hæc enim lubenter delibaveram, & occurrit alia haud pro capto meo incongrua

grua expositio; quatenus Videre significet vivere: quod igitur novum in Scriptura non est. Dormire pro mori & vigilare pro vivere passim. Psalm. 12. 4. *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte.* Idem Psalm. 17. 29. Luc. 1. 79. & Job 33. 30. *Ut revocet animam eorum à corruptione, & illuminet luce viventium.* Etiam apud Isthucos. Euripides in *Hercul.* ait: *Relinquens lumen.* In *Helen.* *Latet in tenebris:* pro Mortuus est: Hinc Pierius Valerianus lib. 33. cap. 13. inquit: *Per adaperum oculum hieroglyphicè vitam significari; veluti per eum clausum, mortem.* Hinc apud Homerum toties intueri Solem, pro Vivere, hinc Claudii lumina pro Mori. Catullus ad *Lesbiam* Epig. 7. & de *Nuptijs Pelei & Thetidos.*

*Vivamus, mea Lesbia, atque amemus.
Nobis cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.
Non tamen ante mihi languerent lumina morte.*

Ovidius lib. 1. *Metam.* Fab. 11.

*Arge iaces, quodque in tot lumina lumen habebas,
Extinctum est, centumque oculos nos (mors) occupat una.*

Virgilius lib. 2. *Æneid.* v. 85. *Nunc cassum lumine lugent.* lib. 12. v. 935. *Corpus spoliatum lumine maris.* & lib. 4. v. 450.

*Tum verò infelix fatiis exterrita Dido
Mortem orat: tædet oculi convexa tursi.
Quo magis inceptum peragat, lucemque relinquat.*

Vide plura apud La-Zeida loc. citatis. Hinc claudere oculos, & super eos imponere manus, pro morte accipitur, ut diximus *Tautol.* 8. in *Exposit. lit.* num. 1. & constat *Genes.* 46. 4. & *Tob.* 14. 15. ex Poëtis Ovidius Epist. *Penelop.* & ad *Liviam de Mort. Drusi* Neron.

*Dij precor hoc iubeant, ut euntibus ordine fati
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.*

*Sospite te saltem moriar Nero: tu mea condas
Lumina, & excepias hanc animam ore pio,
Atque utinam Drusi manus altera, & altera fratris
Formarent oculos, comprimerentque meos!*

Seneca in *Troia.* Act. 3. v. 787.

*Concede parvos ut mea condam manu
Viventis oculos.*

Propertius lib. 4. *Eleg.* 7.

At mihi non oculus quisquam tælamovet euntis;

Stadius passim lib. 5. *Silo.* Valerius Flaccus lib. 11. *Argonaut.*

*Fugientes pressit oculos.
Chana pressit sua lumina dextra.
Dulci iam nunc preme lumina dextra.*

Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. *Filiarum manus ad supremum opprimendorum oculorum officium advocavit.* Denique Marc. Senec. lib. 9. *Controv.* 4. *Ita oculos meos filij manus operiant.* Quod vorum in cunctis nil aliud significat, quam optare posteriores superstites. Qui mos prævaluit apud Romanos. Plinius postquam dixerat lib. 11. cap. 37. *Subiacent oculis pars corporis pretiosissima, & qui lucis usu vitam distinguant à morte;* subdit: *Morientibus illos operire, rursisque in rogo patefacere Quiritum magno ritu sacrum est: ita more condito ut neque ab homine supremum eos spectare fas sit, & celo non ostendi nefas.* Vide Turnebum lib. 16. cap. 5. Sumpserunt ab Ægyptijs apud quos per lucernam ardentem vita, per extinctam mors signabatur. Notat Pier. Valerianus lib. 46. cap. 5. & 13. & per oculum, ut iam vidimus ex ipso, eadem significabantur. His præmissis, sensus auctoritatis tam de Isaàc, quam de Heli erit: Senex erat: & signum senectutis, quòd caligaverant oculi eius, & videre, idest, vivere diu non poterat. Patet ex contextu igitur v. 2. dixit *Elaus: Vides quòd senuerim, & ignorem diem mortis mea:* nunc ergo antequam moriar benedicere volo. Modò ad singula.

15 *Caligaverant oculi eius.* Caligo non tantum de oculis, sed de aère dicitur. Ex annorum gravitate, non ex alia causa huiusmodi affectus ortus oculis Isaàc, ad similitudinem caliginis: igitur obscuro lumine erat, quasi qui in tenebris ambulat, vel acie præstantem est in caligine, quin audeat pedem movere. Vitium senectutis est, ut constat pluribus Scripturæ locis. 1. Reg. 3. 2. 3. Reg. 14. 4. quapropter tamquam singulare de Moyse iam sene, utpotè centum & viginti annorum, Deuter. 34. 7. dicitur: *Non caligavit oculus eius &c.*

Quæstio positio. Dormire pro Mori.

Videtur pro Vivere.

Catull;

Ovid;

Virgil;

Claudere oculos meritorium, Antiquorum mor.

Ovid;

Propertius;

Stadius;

Plin;

Pier. Val.

Caligo oculorum propria longæ ætatis.

Oculi

Dei vocan- tur facies sidera, lu- mina.

Mart.

Propert.

Stat.

Tibull.

Ovid.

Senec.

Plin.

In oculis a- nimus inha- bitat, acceptiones oculorum vari.

Zach. 11. 17. Psalm 68. 24. & Rom 11. 10.

Synagoga epta, & ob- eptata.

Cyprian.

Exemplum epietatis lu- dorum.

Quam fell- ces gentiles Christi ad- ventu

16 Oculi eius. Qui sidera irre vocantur firmamenti faciei, uti pars corporis preceiosissi- ma, & sine quibus facies sicut celum sine luce. Si apud omnes acceptum, quod dicit Mar- tialis lib. 7. Epigram. 24.

Quid si lumina? Rutilant in facie uti in caelo luminaria. Propert. lib. 2. Eleg. 3.

Status lib. 1. Achill. v. 164. Tranquillaeque faces oculis. Tibull. lib. 4. Eleg. 24.

Ovidius lib. 2. Amor. Eleg. 16. lib. 3. Eleg. 3. & in Epist. Acontij Cydippae:

Argutos habuit, radiant ut sidus ocelli. Per me, perque oculos, sidera nostra, tuos.

Tu facis hoc, oculique tui, quibus ignea cedunt sidera, qui flamma causa fueri mea.

Denique Seneca in Hypolith. Act. 2. v. 375. & Act. 5. v. 1168.

Tenerque nitidi corporis cecidit decor Et qui ferebant signa Proeterea facis Oculi, nihil gentile, nec patrium micant.

Huius mei? Quam tuus fugis decor, Oculique nostrum sidus?

17 In oculis igitur, ut ait ubi supr. Plinius, animus inhabitat. Hinc sensu alle- gatico plura intelligenda testimonia de oculis, quippe cum sint animi indices, per illos il- lius exprimentur affectiones. Oculus superbus: Psalm. 100. 5. pro insolenti. Oculus obtura- tus: Num. 24. 3. pro invidio. Oculus tenebrosus: Zachar. 11. 17. pro malevolo. Oculus sublimis: Isai. 2. 11. pro arroganti. Oculus afflictus: Thren. 3. 49. pro animi amaritudine. Oculus mundus: Habac. 1. 13. & Oculus simplex: Luc. 11. 34. pro recta intentione, sicut econta 1. Reg. 18. 9. Oculus non reclusus: pro animo pravo. Sic alia. Eodem sensu apud Profanos obiter: silubet, vide eandem oculorum acceptiones apud Iohann. Passerarium in Catull. Tibull. & Propertium. Quid sit Oculus nequam, an lividus, vel fascinans, vel uter- que dicemus vitâ comite, Tom. 4. Tautolog. 3. ad illud Eccli. 31. 14. Malus est oculus nequam.

18 Iam ergo delicatae sunt Tautologiae affines principali: verum praeterea exposi- tione novam lucem accipient. Oculus tenebrosus obscurabitur: & illud, Obscurentur oculi eorum, ne videant: facile intelliguntur, si per oculum sapientia, & per tenebras, ut vidimus ex Pierio num. 14. designetur error, aut ignorantia. Quare Zachariae dicitur v. 15. Sume tibi vas pastoris stulti: cuius oculus, idest animus avaritâ (ideo Caldeus legit: Oculus eius respexit ad pingua) tenebrosus, & in poenam peccati omnino obscurabitur. Cui sensu suffragatur Paulus ubi supr. subdens v. 7. Excacati sunt: siquidem scriptum est: Dedit illis Deus spiritum compunctionis (idest emulationis) oculos ut non videant, & aures ut non au- diant usque in praesentem diem.

19 Ad ludæos dirigi prophetiam constat ex Paulo ibid. Uade Cyprianus lib. 1. Epist. 3. ait: Pertusa est illis mens, habes animus, & sensus alienus à Deo, fides, & po- nitentia: quippe cum velamen sit super oculos eorum, ob peccata oculos habent, & non vident. Quid de istis dicam? Ecce (ait Augustinus tract. 45. in Iohann.) ipsi Pharisaei le- non agnoscebant. Non intellexerunt Christum, Christum videntes, Christum legentes. Pa- tet Eccli. 1. 4. ubi dicitur De medio eius quasi species electri. El. siri, pro quo Hebr. Lam- foch, quod nihil significat, ut dicunt Hebraei, nisi inverso ordine elementorum, seu litera- rum, tuncque formatum Chosmal: idest, ungendus. Cabalisticum aliquid latet, uti in nomi- ne Sesac pro Babylone, ut notat Hieronymus in Ierem. 25. 26. permutatis litteris. Quare si verò more nostro à sinistra in dextram invenies Chosmal, Christum. Hebraei nato Domino quaerunt dumtaxat litterâ paleam, & non inveniunt latentem inter paleam litteræ. Quam ob rem August. lib. 17. de Civ. Dei, cap. 9. Non vident (inquit) quorum oculi sunt obtu- rati, ne videant. Haud defectu luminis oculorum, sed cordium, quorum malicia obtura- ti sunt oculi: hinc illud Christi Ioh. 9. 39. In iudicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident (Gentiles scilicet) videant: & qui vident (Iudaei nimirum) caeci fiant. Obscuro, &

cali-

caliginosi erant eorum oculi, ne Christum viderent; & omnino tenebrosi facti, quia vide- re arbitrabantur. Si caeci essetis (Assertor illic dicit) non haberetis peccatum. Nunc verò dicitis: Quia videmus. Peccatum vestrum manet.

20 Et videre non poterat: scilicet perfectè, uti diximus num. 10. siquidem quæ perfecta non sunt, quasi non esse censentur. Psalm. 105. 7. Patres nostri in Egypto non intellexerunt mirabilia tua. 1. Reg. 2. 12. Filij Heli nescientes Dominum. Luc. 23. 34. Non enim sciunt quid faciunt. Ioh. 1. 33. Et ego nesciebam eum. Idem, perfectè: quo intelligitur illud Eccli. 4. 17. Nesciunt quid faciant mali. Sciunt, quod sufficit, ut sit culpa; & nesciunt quantum sit culpa, ut delectat poenitentia. Indicat Psaltes Regius, Domino di- cens Psalm. 25. 7. Delicta iuventutis mea, & ignorantias meas ne memineris. & Psalm. 18. 13. Delicta quis intelligit? Floridè Ambrosius de Paradis. cap. 24. Magis enim post- quam peccavimus, nescio quo modo nostra delicta cognoscimus, quod antequam peccarem, non putabamus esse peccatum. Certè non quasi peccatum putabamus esse damnandum. Id- est, tantum quantum est. Sic de primis Parentibus Genes. 3. 7. Aperti sunt oculi amborum, cumque cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, illustri periphrafi describit Ma- rius Victor lib. 1. Gene. v. 538.

Non exportes agitat qui corda doloris. Quid ruerint, Quid perdidierint, Quæ vita sequatur, Quæ fuerit, tristis mentem collatio vexat, Quæ diversa magis cumulat: secumque volutant, Quanto aliud iam sint, quanto mutatas uterque Se quarat, dubij culpa hoc adscribere prima In poena vitæ nosse mali, quod compulsi error, An hoc esse mori.

In peccato cæcus est homo, qui pequam non videt quantum in peccato lateat mali, quod sanè patet commisso crimine, quàm amarum dereliquisse Dominum; quàm brevi, vel nulla voluptate dolorem emptum. Etiam Ethnicus indicat Satyr. 13. v. 236.

Mobilis & varia est fermè natura malorum. Cum scelus admittunt, superest constantia: quid fas, Atque nefas tandem incipiunt sentire peractis Criminibus.

21 Non perfectè videbat Isaacus, aliàs Textus diceret, Cæcus erat: verum cum si- gnat oculos caligasse, innuit etiam aliquantulum vidisse. Videtur liquidò in Heli de quo 1. Reg. 3. Oculi eius caligaverant, nec poterat videre (plures Codices iungunt, licet quo- peram, lucernam, antequam extingueretur. In coniunctionem insurgunt plurimi, eò quod dillorum videtur admodum, Heli videre lucernam extinctam, non videndo propter ocu- lorum caliginem, illam lucentem. Mihi non multum negotium argumentum accessit (ut mihi sapiens dica) igitur ut astruximus supra num. 13. facile vel clausis oculis cognosci- tur lumen esse in trichilio vel cubili, quoniam palpebræ gaudent transparentia. Minus obest caligo luminum, quàm obstaculum palpebrarum: & poterat cognoscere lucernam esse extinctam, quoniam non percipiebat oculos ille splendor qualis qualis resulans ex lucente lucerna, sicut nos cognoscimus vel clausis oculis lucem amotam. Non distingue- bat oculorum caligine lucernæ lucem, sed illa extinctâ distinguebat abesse levissimum ih- lum fulgorem, dubio lumine, expressa caligine. Hinc Pagn. Oculi eius cæperant caligare. Malucnda. Cæperant in rugas contrahi. Rom. Bibl. Cæperant aggravari. Arab. Graevus oculi eius. Quo constat omnino non esse cæcum, sed esse cæcipientem, ac obiecta maximè lucida, et non distinctè, videre, quod nequit cæcus, vel lumine orbis; igitur nihil vider.

22 Hac enim acceptione sumenda est cæcitas. Quare in persona Ezechielis significat Dominus captivitatem Sedeciae, & oculorum orbitatem. Sicut qui caret oculis, nihil vi- det, ita qui obnubet, & opacis velat; igitur sic sine luce, quæ ad visionem necessaria. In conspectu eorum in humeris portaboris, in caligine effereris: faciem tuam velabis, & non vi- debis terram, quia portentum dedi te domui Israël. Faciem tuam velabis ita, ut nihil vel per rimulam videas. In portentum, hoc est, in signum deq̄ te: quæpe sicut tu facie vela- tâ nil vides, ita Sedecias erit efforsis oculis coram Nabuchodonosor. Dux (dicitur v. 12.) qui est in medio eorum in humeris portabitur, in caligine egredietur, facies eius operietur, ut non videat oculis terram.

23 Restat exponendum illud Christi, ita adventum Spiritus Sancti describentis, Cum venerit ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio: de iustitia, Tom. II. Taut. Rrr quia

Quæ perfe- ta non sunt, quasi non facta.

Ambros. Cur post fa- tum cognos- cimur culpæ incommo- dum

Mar. Vi. 8.

Poenâ cog- noscitur cui- pa.

Iuvenal.

1. Reg. 1. 1

Quomodo cæcus nos videns lu- cem, videt abesse?

Quid sit i- iane facies, ut nihil vi- deatur? Eccli. 12. 6.

Ioann. 16. 10.

De qua iustitia mundus arguendus?

quia ad Patrem vado: & iam non videbitis me. Card. Toletus hic astruit, Christum voluisse affectis significare, non opus esse, ut iterum pateretur, siquidem una oblatione consummavit in aeternum sanctificatos. iam non videbitis me iterum passibilem, sed in dextera Patris gloriosum, ad quem enim vado ut iudicem mundum, non ut iudicem a mundo; qui me non videbit uti modò piùm, sed iudicem in eius acta severum. Inuitum me homines iudicantur, cum crucifigerent similem ceteris propter carnis infirmitatem; sed iam non videbitis me, quia vado ad Patrem, apud quem Paracletus arguet mundum de iniustitia sua, & de iustitia mea. Pater iudex est: & exposita iustitia mea, arguet Spiritu Sancto iniustitiam sæculi; quippe non possem ad Patrem vadere, nec ille me clarificaret, quin iustus essem. Ita etiam Maldonatus num. 26.

24. Ego exponerem præter iacet: ita ut ly Arguet de iustitia, quia ad Patrem vado, intelligeretur dicta mundo arguendo: & ly iam non videbitis me, dicta Apostolis. Non videbitis me visu scilicet corporeo, etenim consummatum est tempus, quo sim vobiscum. Quod clarè constat ex eo quòd ibid. v. 16. ascensio ad Patrem non describitur, ut magistrum non videant, sed ut videant, Modicum, & iam (tempore passionis, & sepulture) non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem. Illi non videbunt Patrem, neque me; quia arguetur & iudicabitur à Patre (ad quem vado) malitia eorum, & iustitia ac innocentia mea laudabitur. Vos verò qui modò non videbitis me (intervallo passionis) quia vado ad Patrem, videbitis. Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, quippequam vadam parare vobis locum, ut ubi ego sim & vos sitis. Gaudebitis, quia vado ad Patrem, sicut mundus flere potest arguendus de iniustitia sua.

Ascensio Christi ad Scipulis galilæ.

Personæ.

25. Hac in littera. Ergo ad Versiones. Senuit autem Isaïe, & caligaverunt oculi eius, & videre non poterat. Rab. Ionath. Et caligarent oculi eius, nec videre possit. Pers. Cum defecissent oculi eius à videndo, Samarit. Cobibiti sunt oculi eius à visu. Syr. Et graveditur oppressi sunt oculi eius. Arabic. Debilitati sunt oculi eius. Pagn. Oculi eius cæperant caligare, ut non videret. Ar. Montan. Et caligassent oculi eius à videndo. Oleast. Et restricti sunt oculi eius. Maluend. Cæperant in rugas contrahi. Septuag. Reg. Complut. & Chrysostr. Hebetes facti, vel Hebetati sunt oculi eius ad videndam. Tigr. Ita ut oculi eius cæcutiverint caliginosi. Demùm August. Cæcutiebat. Ad mores igitur delectatur cursus, ut si ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, Dominus in celis possit à nobis videri sicuti est.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilogus Excurf.

1. Caligaverant oculi eius, quia orbis lumine: Et non poterat videre: siquidem mens in maiore caligine.
2. Non poterat videre, quoniam caligaverant oculi. Cæcitas ambitionis non exturbatis oculis, sed ex caligine mentis.
3. Caligaverant oculi cæcitate; & non poterat videre intelligentia, affectione.
4. Caligaverant oculi. Non posset sanè videre, licet vigiles oculi; dum quod debebat meritis, conabatur conferre merito xatis.
5. Caligaverant oculi eius, & videre non poterat. Affectus in summum aggravat.

igitur ita cæco ducebatur amore, ut non valeret cognoscere, cæcum esse. 6. Caligaverant oculi. Nolebat in principem alpicere, quem non poterat videre. 7. Non poterat videre, quia eius caligaverant oculi. Non videt, quia non potest videre: invidus verò intueri lucem nequit, quippequam videt. 8. Caligo non impedit absolutè, sed perfectè videre: & videre non poterat, dum caligaverant oculi; quia nolens tollere luminum imperfectionem, cæcidit in cæcitate.

DIDASCALIA PRIMA.

Cæcus amor sui.

Horat.

Canit Horatius lib. 1. Carmin. Od. 18. v. 14. & ita cæcus, ut nec sapiat meliora, etiam cum ruina.

Multi ex lapsu qui fatui & stolidi, sortentur prudentes; quoniam dederunt intellectum vexationes: ceterum philautia ma-

Philautia respicientia desipit.

Idem. Est obcaecatio in Plat.

Amoris sui conditio.

Genes. 27. 1.

Infatuatio.

Oppian.

Descriptio philautia.

Idiot.

S. Benedict. Propria voluntas nocua.

magis ac magis infatuatur prudentia. Superioris voluntatem: igitur exiguum fructum operationes referunt, cum possint referre malum. Subdit idem ibid. Omnium malorum, quibus hominum vita involuitur, nimius sui amor causa existit. Is enim qui amat, circa id quod amat, sanè obcecatur, ac proinde de rebus iustis, bonis, honestis male iudicat, cum in ea est sententia, ut opinetur, maiorem sibi, quam veritati honorem tribuendum. Hæc Plato lib. 5. de Legib. Quid mirum? Rationem offuscet, intellectum obtenebrat, voluntatem inficit, salutis portam obtrudit, virtutes respuit, peccata fovet, honores querit, voluptates ambit: igitur mali est conditio, boni colore depicta, errorum apotheca, radix vitiorum, fomes criminum, origo iactantia, continua sollicitudo, pugna, calamitas & tentatio. Vide Antonin. p. 1. tit. 1. cap. 2. §. 5. & Idiotam de Contempl. Amor. cap. 34.

2. De Isaac dicitur: Caligaverant oculi eius & videre non poterat. Quid hoc? Obumbratio amoris proprii. Cæcus est, qui luminet caret, verum potest videre, qui cæcitatem cognoscit: sed qui sibi blanditur nec videt, nec potest videre, geminata mentis & oculorum caligine: igitur reciperet lumen, si posset aut vellet cognoscere cæcitate. Talpa ictu lethali aperit oculos, sed philautem non aperit etiam lethalis ictus: quandoquidem sumit audaciam; ex quo, ius erat, amplecti respicientiam. Hæc sanè noxia in quolibet exercitio, sed magis ubi regnat singularitas, & renunciata ratione perfectionis propria voluntas. Quanta pestis! Dure amor quantus es! Quanta infinita potentia!

Qui Lethe hausserunt ore obliviosam aquam, Et dolores fugerunt omnes, te etiam perhorrescunt.

Succinit Oppianus lib. 2. Amor dulcis est, sed hæc amor durus, quoniam proprius: unde necesse est, ut propriam voluntatem perhorrescant, qui biberunt obliviosam aquam: alias in ruinam amplexabantur, quosque dolores fugerunt. Philautia (inquit Idiota ubi supr.) laqueus est anime, discrimen vite, mors suavis, blanda excusatio, interfecio lenis, mel felleum, pernicies delicata, dulce venenum, malum spontaneum, saspida iugulatio, & omnium rerum calamitas. Hinc Ss. Confessor Christi Patriarcha Benedictus Regul. Sancti. cap. 7. Grad. 2. ait: Humilitatis gradus est, si propria quis non amans voluntatem, desideria sua non delectetur implere: siquidem etiam in bonis desideria non habent perfectionem, si propriam sequuntur, & minime

Superioris voluntatem: igitur exiguum fructum operationes referunt, cum possint referre malum.

3. Paulus iacet cæcus, sed surgit vas electionis, ut portet nomen Domini per omnes Gentes. Cæcus quidam à Christo illuminatur, & nihil amplius poli illuminationem de cæco dicitur. Si uterque illuminatur, & oculos aperit; quare eodem miraculo sic manet cæcus, & Doctor Gentium ad altiora surgit? Ex desiderijs utriusque micat causa, ut cognoscatur quam nocua voluntas propria. Accedenti cæco dixit Dominus: Quid tibi vis faciam? Cæcus respondit: Domine ut videam. Paulus iacet, & ut surgeret, dixit: Domine, quid me vis facere? Paulus intendit facere voluntatem Dei: cæcus ut eius Deus faceret voluntatem: & Paulus illuminatus tendit in æthera: quippe in illo vanerit voluntas propria. Cæcus illuminatur, & ita manet: in auctora Paulus surgit: igitur virtutum nanciscitur perfectionem, qui non suam, sed Domini petoquitur voluntatem. Iuxta tubmisionem voluntatis, splendet pitor virtutis: & rugeat vel corpore iacentis perfectio Pauli: quia nalam habebat præter voluntatem Domini.

4. Ex contextu claret. Cæcus videt, dum Medicus cælestis illuminat. Apertis oculis Paulus illuminatur nihil videbat. Obedientia cæca iure æstimatur ut magna. Qui vult sequi Deum, ut Deus faciat, quicquid ille desiderat & sequitur, ut avita consequatur, sed post habita non sequitur: igitur proprium sequitur commodum, & nequam Superioris beneplacitum. Qui sequitur Deum, ut tantum sequatur, vel ut solummodo consequatur sequi; haud consulit sibi, sed dumtaxat Superiori, igitur se sibi in cunctis abnegat, ut illius voluntati cæcus obediat: & postquam cæcus illuminatur, videt: Paulus verò postquam illuminatur, cæcus manet; quia cæcus illuminatur ut videat, Paulus autem ut obediat: igitur cum obedientia cæca fit in obediente eximia; tunc Paulus exprimit obedientie perfectionem, dum ostendit obediendo voluntatis cæcitate.

5. Insuper. Cæca ex se est voluntas, sed inest illi iubendi potestas: unde dum cedit imperio, demonstratio eius rutilat magnitudo; quippe sæpe habetur magis, ut velit obedire, cuius officium iubere. Cæca est voluntas, verum illuminatur ut videat: Paulusque dicit: Domine quid me vis facere? ut exprimat velle: quod quidem nullum extra alienum placitum: igitur non vult videre, ut videat, sed ut ita cæcus in obediente.

Luc. 18. 41. Act. 9. 6.

Voluntas obedientia nulla eo lauta.

Tunc eximia, ubi cæca.

Rit 2

dien.